DE PHILONIS JUDAEI SERMONE.

DISSERTATIO

QUAM

AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA VIADRINA VRATISLAVIENSI

AD SUMMOS

IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE IX. M. DECEMBRIS A. MDCCCLXX HORA XI

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

LEOPOLDUS TREITEL

SILESIUS.

ADVERSARII ERUNT:

C. MITTELHAUS, CAND. PHIL. SEM. REG. PHILOL. SOD.
M. V. RAWICZ, STUD. PHIL.

VRATISLAVIAE.

TYPIS F. W. JUNGFERI.

Quum in penetralia Graecarum Latinarumque literarum intrassem cupido me incessit quantulumcumque possem studiis eorum scriptorum prodesse, qui natione Judaei Graecas literas prima imperatorum Romanorum aetate auxerunt. Maxime autem Philonis Judaei scripta me delectaverunt. Primum igitur animum ad proprium ejus sermonem appuli et toti arti qua in rebus dicendis usus est, cognoscendae operam navavi. Quid enim ad interiorem veterum scriptorum cognitionem, quid ad restituendas eorum literas magis necessarium est quam singulorum dicendi consuetudines exploratas habere? Inter hunc laborem consilium mihi natum est pauca conscribere de lingua Philonea. Quae res multam mihi injecit dubitationem. Ante omnia enim haud vulgaris Graecae linguae scientia ad hoc munus exsequendum afferatur necesse est. Nemo autem me ipso melius intelligit exiguitatem virium mearum. Sed quum dicendi rationem Philonis olim vix unus et alter dignam putasset, ad quam animum adverteret, in hac re explicanda periculum facere constitui. Ceterum vir illustrissimus Jacobus Freudenthal multum me juvit consiliis. Ei hac occasione oblata quam maximam refero gratiam.

Inter virtutes Judaeorum referendum est, quod patria expulsi et inter varias gentes ac nationes dispersi et linguis et literis earum studuerunt. Neque vero in eorum quos adibant librorum studio acquiescebant, sed ipsi scriptorum partes susceperunt iisdemque literis multa haud contemnenda composuerunt. Haud pauci nostratum qui inter Germaniae scriptores nomen ac famam sibi pepererunt, natione Judaei sunt. Sed jam iis temporibus, quibus terram sacram adjacentesque regiones incolebant, Judaei peregrinas literas diligere ac colere coeperunt. Quum enim eorum vicini operam studiumque in Graecis literis ponerent, et ipsi harum dulcedine capti sunt. Qui factum sit, ut Graecorum lingua et literae per Aegyptum et Asiam divulgarentur et in tabernas pauperum pariter atque in divitum aedes se insinuarent, adeo innotuit, ut multis hac de re verbis non opus sit.

Quum Macedones in Asiam invasionem fecissent et Aegyptum occupassent, barbarae gentes ac nationes a victoribus quasi compensatione servitutis injunctae Musarum opera magnifica acceperunt et linguam Graecam didicerunt. Maxime autem Alexandriae Aegypti studia literarum Graecarum viguerunt. Huc undique barbari animi novis doctrinis imbuendi gratia confluxerunt, hic etiam Judaeorum magnus numerus Graecorum lingua et literis initiatus est. Nec eas animo imbibisse satis habuerunt, sed etiam suis ipsorum literis exprimere studuerunt, quae legerant et concoxerant. Nec defuit ad hanc rem occasio. Quum enim libri sacri in eorum manibus essent ea quae Moses ceterique vates divini de deo, de daemonibus de rerum natura totoque mundo, de mente humana, de bonis rebus in vita, de malis dixerant, Graecis literis illustraverunt, qua in re ita versati sunt, ut egregias maximis de rebus sententias a poetis et philosophis Graecis prolatas doctrinis Judaicis admiscerent.

Inde ortum est novum philosophiae genus proprium Alexandrinorum. Quod quale fuerit e Philonis scriptis optime intelligi posse videtur. Hic enim omnium aequalium ad hanc rem erat habilissimus, ut orientem et occidentem quasi conjungeret et Judaeae et Graeciae flores colligeret. Nam et Graecis literis optime instructus et scripturae sacrae accuratissimam scientiam consecutus erat. Quibus virtutibus quum floreret tum dicendi laude tum clarus fuit, ut cum optimis Atticis comparari posset. Quare omnibus temporibus erant qui hanc ejus artem admirarentur. Satis igitur digna est Philonis eloquentia quam hoc in libello explicemus.

Sed pauca praefari libet de Philonis vita ac studiis. Quam vitam qui enarraturus est, idem ei dolendum est quod in multorum veterum scriptorum vitis exponendis viri docti questi sunt pauca esse certa eorum, quae de illis memoriae prodita essent. Scilicet quae ab Eusebio de vita Philonis narrata sunt, non ab omni parte vera sunt. Id certum est natum esse Philonem Alexandriae urbe Aegypti quondam celeberrima et perstitisse ibidem usque ad mortem suam. Quo anno natus esset hac de re olim dissensio erat inter viros doctos. Nuper autem statuit A. F. Gfroerer Philonem natum esse a. urbis Romae conditae 733 eamque sententiam argumentis adeo confirmavit ut jam de tempore quo philosophus noster in vitam ingressus sit, dubitari non debeat. Generis splendore eum praeditum fuisse inde conjici licet, quod familia sacerdotali ortus erat. Nihilominus a rebus forensibus et ambitionis occupatione alienus solitudinem captavit. Perquam raro in solem et pulverem processit. Jam senex a civibus suis Romam legatus missus est, qui Flaccum Aegypti procuratorem apud Gaium Caesarem injuriarum gravium Judaeis illatarum accusaret; quae res ei aegritudinem movit qua quippe a sapientiae studio avocaretur. Nihil enim antiquius habuit quam ut literis studeret: his a teneris annis usque ad senectutem vacavit. Imprimis Veteris Testamenti libros toto pectore amplexus est, quos ad cognoscendos versione usus est Alexandrina. Ab iis ad celeberrimos Graeciae scriptores animum transtulit et poetas et prosae orationis auctores diligentissime legit. Omnino infinitum scriptorum numerum eum cognitum habuisse

nubes locorum probat, quos ex iis desumptos suis libris immiscuit. Maxime autem philosophiam Graecorum callebat, cujus nullum erat genus quod non complecteretur. Quid de ejus Platonismo dicam? Divinus ille academiae auctor initium ei et finis legendi erat. Hinc apparet ex optimis libris Graecae linguae Philonem traxisse scientiam. Quod nobis memoria tenendum est, ut recte de eo quo ipse usus est sermone judicemus. Jam vero accedamus ad institutum nostrum.

Constat usum esse Philonem ea dialecto quae quum omnibus recentioribus Graecorum librorum auctoribus usitata fuerit a grammaticis vocatur κοινή. Haec etsi ex Attico sermone orta multum tamen ab eo discrepabat. Atticorum enim lingua e Piraeo evecta quum tota Asia peregrinaretur et omnes insulas peragraret multas subiit mutationes. A nostro autem consilio non alienum erit eas perlustrare, quum iis incognitis de ipsius Philonis sermone recte judicari nequeat. Ac primum quidem tenendum est vulgarem loquendi rationem in Asia et Aegypto longe deflexisse ab eo sermone qui libris conscribendis adhiberi solebat. Homines enim plebeji Graecum sermonem multis vocabulis inquinaverunt, quae ex sua ipsorum lingua invehebant. Sed scriptores ceterique homines literati veterem dicendi artem imitati emendatae orationi studuerunt. Qui quum et ipsi nomina ac verba flectentes novas formas libris suis immiscerent, non illis usi sunt monstrosis nec adeo frequentibus, ut oratio deformaretur. Etiam in verborum constructionibus variis usi sunt licentiis, non quod barbari et legum grammaticarum inscii fuerint sed quia extra terminos quos veteres Attici sibi constituerant, egressi sunt. Quum enim multis verbis illi omnino abstinuissent aut ita usi essent ut casum non adderent, ii, qui post Alexandri Macedonis tempora scripserunt, non solum ista verba frequentabant, verum etiam ex alio alium casum nectebant. Similem rationem in particulis usurpandis secuti unam et alteram non eo tantum modo adhibuerunt quo veteres Attici, sed ad novas etiam significationes traduxerunt. Sed maxima inter veteres et recentiores scriptores differentia cernitur in verborum delectu. Posteriores enim

quum dicendi novitatem studiose sectarentur quippe qua maxime lectorum et auditorum animos caperent, translationis jure multo quam priores invercundius usi sunt. Eandem ob causam poetica verba in prosam orationem transtulerunt. Quae e poetarum lingua petita sunt verba sane jam apud veteres pedestris orationis auctores occurrunt, sed apud hos rara sunt, apud illos crebra et paene continua. Jam vero novandi libido eo processit, ut ingentem vocabulorum numerum propria inventione effingerent, qua in re spretis veterum Atticorum dicendi formulis hac potissimum ratione usi sunt, ut e binis vocabulis unum novum conglutinaretur.

Sed redeat oratio ad Philonem qui harum mutationum quas exposuimus, exemplis frequens est. Ac primum quidem de insolentioribus verborum formis videamus quas nonnumquam adhibuit.

Perfecti temporis forma ἀγήοχα pro ἦχα usus est de ebriet. p. 375, tom. I. editionis Mangeianae. Lobeck. ad Phrynichum p. 121 docet jam bonis Attici sermonis temporibus vulgus illiteratorum ita locutum esse et inde vitium manasse ad posteriores scriptores. Flexa autem est haec forma secundum Matth. gr. Gr. § 186 ex insolenti futuri forma ἀγέσω. In verbo ἀνοίγνυμι Philo legitima temporis aoristi forma ἀνέῳξα spreta augmentum ante praepositionem ἀνά adhibuit. Legitur enim in libro Quod deus sit immutabilis p. 296 ed. Mangeianae ἤνοιξεν. Ceterum Xenophon exemplo praeivit in Hell. I. 5, 13, quem locum Matthiaeus in gr. Gr. § 224 laudavit. Idem in aliorum praepositionibus subjunctorum verborum praeteritis nonnumquam vel aqud antiquos scriptores factum est. Quo in genere quae sunt praecipua exempla congessit Matthiaeus in gr. Gr. § 170. Verbum δαμάω de mundi opif. p. 27 editionis Mangeianae facit participium aoristi passivi δαμασθέν non ut ratio vulgaris postulabat δμηθέν. In eodem libro p. 15 num ἐνστηρίξῃ an ἐνστηρίσῃ scribendum sit satis dubium est quum hanc futuri formam editiones veteres tueantur, illa codicis Medicei auctoritate commendetur, ubi scriptum est ἐνστήριξεν. Alio autem loco, qui est de profugis p. 553 editionis Mangeianae, simplex verbum στηρίζω participium aoristi passivi facit sine ulla codicum varietate στηριχθείς. In eodem libro

p. 555 philosophus noster temporis aoristi formam ἔζησα civitate donavit, cujus in locum veteres Attici ἐβίωσα et ἐβίων subrogaverant. In libro de agricultura ad extremum occurrit verbi ὀλισθάνω participium aoristi primi ὀλισθήσαντι qua forma veteres Attici abstinuerunt. Nec enim raro recentiorum temporum scriptores primum aoristum pro secundo, quo veteres Attici solo usi sunt, asciscebant, nonnullis in verbis jam ab Hippocrate et aliis Jonicis scriptoribus occupatum. De plant. Noë p. 332 edidit Mangeius ex Eusebio ὁμοίωσεν de augmento quod desideres securus. Alexandrini enim librorum divinorum interpretes interdum augmentum omiserunt, ut exemplis demonstravit Sturz. de dial. Alex. § 10 p. 124. Sed apud nostrum scriptorem nullum aliud hujus negligentiae exemplum deprehenditur, quo hoc confirmari possit. Magis igitur probandum videtur, quod in codice A. habetur ὁμοίως ὠνόμασεν. Temporis perfecti forma οἶδας quae a grammaticis Atticis nominatim tribuitur, etiam apud Philonem legitur de migr. Abrah. p. 438 ed. Mang. quem locum Lobeck. ad Phrynichum p. 236 citavit. Ex eadem loquendi ratione est pluralis numeri secunda persona οἴδατε quae in Philonis libro de septenario p. 287, tom. II. ed. Mang. exstat. Praeterea aliae formae singulares e Philonis scriptis excerpi poterunt, sed nulla facile quae barbariem redoleat. Idem de verborum usu Philoneo statui licet. Nulla enim voce tam insolenter usus est ut Graecae linguae naturam plane negligeret. Sed ut verum nos dixisse appareat singula tractemus.

Verbum ἀνέχω philosophus noster neutrali sensu usurpare amat de iis qui a turba negotiorum se expediunt, ut de mundi opif. p. 30 edit. Mang. ἐκτετίμηται δὲ ὑπὸ τοῦ φιλαρέτου Μωυσέως ὃς τὸ κάλλος αὐτῆς ἀνέγραψεν ἐν ταῖς ἱερωτάταις τοῦ νόμου στήλαις, ταῖς δὲ διανοίαις τῶν ὑφ' αὐτὸν ἁπάντων ἐνεχάραξε δι' ἓξ ἡμερῶν κελεύσας ἄγειν ἱερὰν ἑβδόμην ἀπὸ τῶν ἄλλων ἀνέχοντας ἔργων ὅσα κατὰ ζήτησιν βίου καὶ πορισμόν κτλ. quae metaphora sumpta esse videtur e Sophoclis Oed. tyr. versu 173 sqq.

οὔτε τόκοισιν
ἰηίων καμάτων ἀνέχουσι γυναῖκες.

Philoni autem hoc verbum ita arrisit ut nullam ejus adhibendi occasionem praetermitteret. Ita id de septenario

p. 281 et p. 283, tom II. ed. Mang. de sabbatis teste optimo codice Laurentiano usurpavit, de quibus quum verbum ἀνέχω eleganter dictum sit miror quod vir summus Tischendorfius hanc metaphoram utroque loco expulit. Substifuit scilicet in Philoneis quae edidit verbum ἀπέχειν. Verbo ἀντωθέω usus est Philo de mundi opif. p. 14 ed. Mang. de piscibus in turbidis fluviis viventibus, quam vocem J. G. Mueller recentissimus libri de mundi opificio editor sic interpretatus est: abwehren. Sed fallitur qui tam late notionem verbi ἀντωθέω patere existimet. Nam si ad ejus originem descenderis nihil aliud eo significari intelligas nisi rettundere. Nec est cur hic alio sensu hoc vocabulum usurpatum esse credas dummodo voci φθοράν quam hoc loco Muellerus ex vetustioribus editionibus recepit, praeferas lectionem φοράν quae codicibus Turnebi, Vaticano, Augustano, item Turnebi varietate praebetur, ut sensus sit impetum undarum a piscibus reprimi. Eadem formula in libro de profugis p. 575 ed. Mang. Philo usus esse videtur ubi vulgo inepte editur: ἄστεγος δὲ καὶ ὁ προφορικὸς λόγος ὃς μυρία τῶν ἀποῤῥήτων ἅτε μηδενὸς τὴν φορὰν ἀνωθοῦντος ἀκαίρως ἐξελάλησε. Reponi igitur velim τὴν φορὰν ἀντωθοῦντος. Adjectivum ἄτριβος quippe quod a verbo τρίβω dictum sit de alio homine poni non potest nisi de eo qui in aliqua re inexercitatus est. Neque vero credi licet Philonem huic vocabulo contrariam subjecisse sententiam ut hominibus usu peritis significandis serviret. Quocirca in libro de agricultura p. 325 ed. Mang. non dubitandum est vitium subesse his verbis εἰ γὰρ εἰς τοῦτον ἀφίξονται τὸν ἀγῶνα πρὸς ἐμπειροπολέμους ἰδιῶται παντελῶς ἁλώσονται ὁ μὲν ἀρχόμενος ὅτι ἄπειρος ὁ δὲ προκόπτων ὅτι ἀτελής, ὁ δὲ τέλειος ὅτι οὔπω ἄτριβος ἀρετῆς. Forsitan Philo scripserit οὔπω ἐντριβὴς ἀρετῆς. Sed quod Mangeius ἐντριβής pro duobus his verbis οὔπω ἄτριβος scribi vult id sine sensus detrimento fieri non potest. A re nostra non alienum erit Philonis locum de frugum fructuumque procreatione adire qui de mundi opif. p. 9 ed. Mang. habetur: ἀποτίκτεται μὲν γὰρ ὁ καρπὸς ἐοικὼς ἀμερέσι ψήγμασιν ὑπὸ βραχύτητος μόλις ὁρατοῖς α. ο. α. σ. φ. α. τ. ε. π. α. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον ἔκ τε τῆς ἐποχετευομένης τροφῆς ᾗ ἄρδει τὸ δένδρον καὶ ἐκ τῆς εὐκρασίας τῶν πνευμάτων ἃ ψυχραῖς ἅμα καὶ μαλακωτέραις αὔραις

πνεῖ, κατὰ μικρὸν ζωπυρεῖται καὶ τιθηνεῖται καὶ συναύξεται πρὸς ὄγκον ἐπιδιδοὺς τελειότατον. Haec est recentiorum editionum scriptura quam si accipiamus necesse sit verbum ζωπυρεῖται ad vocem καρπός referamus. Sed καρπὸς ζωπυρεῖσθαι absurde dicitur. Recte autem ζωπυρεῖν de ventis ponitur qui et frigidi et tepentis aeris spiritu moventur. Quamobrem ut ζωπυρεῖται ad nomen πνευμάτων referatur rejectis verbis πνεῖ κατὰ μικρόν quae momente Christophorsono Mangey, Pfeiffer, Richter inseruerunt, in ea lectione acquiescendum erit, quam ex antiquioribus editionibus J. G. Mueller recepit: καὶ ἐκ τῆς εὐκρασίας τῶν πνευμάτων, ἃ ψυχραῖς ἅμα καὶ μαλακωτέραις αὔραις ζωπυρεῖται, καὶ τιθηνεῖται καὶ συναύξεται κτλ. quae verba Latine reddas hunc in modum: temperie ventorum qui et frigidi et tepentis aeris fluxu efficiuntur, fructus mitigantur et ad justam magnitudinem crescunt. Quis rerum divin. her. sit p. 511 ed. Mang. vulgo haec eduntur: ἕως μὲν οὖν ἔτι περιλάμπει καὶ περιπολεῖ ἡμῶν ὁ νοῦς μεσημβρινὸν οἷα φέγγος εἰς πᾶσαν τὴν ψυχὴν ἀναχέων ἐν ἑαυτοῖς ὄντες οὐ κατεχόμεθα· ἐπειδὰν δὲ πρὸς δυσμὰς γένηται κατὰ τὸ εἰκὸς ἔκστασις ἡ ἔνθεος ἐπιπίπτει κατοχωτική τε καὶ μανία, quo in loco vocabulum κατοχωτικός offensioni esse debet. Nullo enim aliorum scriptorum exemplo comprobari potest. Neque vero id mirum est quum abhorrere videatur a Graecae linguae ingenio. Scilicet nullum quod sciam adjectivum terminationem ωτικος in se recepit. Ne quis importune nos provocet ad nomen ἐρωτικός, hoc ex genitivo nominis ἔρως non additis nisi duabus syllabis ικος factum est. Similis est formatio adjectivi ζηλωτικός. Natum enim est e nomine ζηλωτής. Nec adjectivum ζωτικός huic nostrae observationi adversatur. Nam ω litera stirpitus insita, τ autem litera interposita est tanquam nodus vinculumque quod stirpem et terminationem ικος colliget. Quid autem multa verba faciam in re aperta? Nam est verisimillimum Philonem sic scripsisse ἡ ἔνθεος ἐπιπίπτει κατοχή τε καὶ μανία, librarios autem oscitantes voculas τε καί bis scripsisse et ita corrupisse ut terminatio τικη oriretur et nomen κατοχή in adjectivi naturam verteretur. Fortasse Mangeius idem senserit quum in annotationibus suis lectionem κατοχή pro κατοχωτική proposuit. In eodem libro p. 493 ed. Mang. nomine καιρός sors denotatur

cujus pars quaedam in aerarium referatur. Quae significatio quo modo e principali hujus vocabuli notione duci possit mente mea assequi non possum. Itaque cum Mangeio facili emendatione sic rescribi velim: ἢ καὶ πόλεις ἐπὶ κλήρων εἰώθασι χρῆσθαι κελεύουσαι τὸ ἴσον ἕκαστον τῶν πολιτῶν ἀπὸ τῆς οὐσίας εἰςφέρειν οὐ δήπου ἐν ἀριθμῷ ἀλλ' ἀναλόγως τοῦ περὶ τὸν κλῆρον τιμήματος. Nomen κήρ in omnibus libris Graecis significat letum, perniciem, calamitatem vel labem et maculam. Mirandum igitur est, quod in libro de plantat. Noë p. 336 ed. Mang. ad istam vocem quae minime quadrant epitheta ἀτίθασσος et ἐξηγριωμένος adjuncta sunt. Sed κῆρας hoc loco ex voce θῆρας corruptum esse vel hebetissimum hominem non fugit. Solet enim philosophus noster perturbatos animi motus comparare cum feris. Verbum κρατεῖν a poetis et recentioribus pedestris orationis auctoribus de iis rebus dicitur quas manu tenemus. Hanc significationem secutus Philo eleganter verbo κρατεῖν de plant. Noë p. 331, ed. Mang. totum mundum indicavit quasi Dei manu teneri. Nihil igitur causae est cur conjecturam a Mangeio propositam ἐκραταιοῦτο accipiamus. Adjectivum ὁλκός nec apud Philonem infrequens est et apud Platonem occurrit, ut in Civit. lib. VII, p. 521 D. Itaque vir egregius Tischendorf in libro de posteritate Caini p. 239, ed. Mang. codicis Vaticani scripturam τὰ γὰρ ἡδονῆς ὁλκοῦ δελέατα αὐστηρῷ τόνῳ καθελεῖν ἰσχύσαι τὸν ἐφ' ἑκουσίοις ἔχει κατορθώμασιν ἔπαινον mutare non debebat. Nec enim verbum ἑλκούσης melius est quam adjectivum ὁλκοῦ. De mundi opif. p. 11 ed. Mang. J. G. Mueller male intellecta vi praepositionis πρός Philoni haec tribuit: οἱ καρυατίζοντες εἰώθασι τρία ἐν ἐπιπέδῳ προςτιθέντες κάρυα ἐπιφέρειν ἓν σχῆμα πυραμοειδὲς ἀπογεννῶντες. Sic enim accepit προςτιθέντες ut tres nuces componi significaret, quae significatio a praepositione πρός plane aliena est. Veram autem lectionem προτιθέντες libri msc. Mangeii cum varietate Turnebi suppeditant. Προτροπή si hujus nominis originem respicimus non aliud significat quam cohortationem. Facile igitur apparet ei locum non esse de agricult. p. 324 ed. Mang. ubi Philo allegorice de Deuteron. XX, 5 sqq. exposuit. Ita enim hunc locum interpretatur ut ii qui bonis artibus initiati sint quique progressus in studiis fecerint et qui

ad perfectionem quandam pervenerint in certamen cum coetu sophistarum descendere vetentur, ne in captiones dialecticas incidentes a veritate deflectantur. Quem ad sensum efficiendum verba περὶ τῶν κατὰ ψυχὴν δυνάμεων, δἰ ὧν συμβέβηκεν ἀρχάς τε λαμβάνείν καὶ προτροπὰς καὶ τελειότητας ἐν πράξεσιν ἐπαινεταῖς parum valent. Desideratur enim vox quae proficiendi significationem habeat. Ea ipsa autem repraesentatur paulo infra αἱ δὲ προκοπαὶ περὶ γεωργόν. Hinc satis abundeque apparet προτροπάς quo de vocabulo quaeritur, in προκοπάς mutandum esse quod etiam Mangeio placuisse video. Vox ὑπόσχεσις quae alias promissionem significabat a Philone de quacumque re usurpatur de qua quid statuendum videtur, quo sensu nos dicimus: Aussage, Behauptung. Hinc factum est ut de septen. p. 293 ed. Mang. ubi optimus codex Laurentianus teste Tischendorfio repraesentat ὡς ἀψευδὴς ἡ ὑπόσχεσις ἐπισκεπτέον librarius ille qui Hoeschelii codicem confecit importuno emendandi studio motus scriberet ἡ ὑπόθεσις. Nomen χρησμός ab ethnicis de oraculis dictum Philo adoptavit, ut ad sacram scripturam transferret, quo sensu ejus interpretes Alexandrini λόγιον usurpaverunt, vide his de vocibus Muelleri adnotationes ad lib. de mundi opif. p. 127. Ceterum monendum est in multis verbis a librariis peccatum esse. Hinc fit, ut ea ipsa perperam dicta esse inveniantur. Jam vero progrediatur oratio ad verba illa activa quae pro mediis adhibita sunt. Hujus usus quasi semina ab antiquis scriptoribus sparsa sunt. Ita Plato sumpsit in Timaeo p. 60 B. μεταβάλλειν pro μεταβάλλεσθαι. Licentius hac in re posteriorum temporum scriptores versatos esse probatur exemplis quae Vigerus p. 179 sqq. ed. Herm. et in animadversionibus Hoogeveenius et Zeunius attulerunt. Nec non Philo hac verborum enallage, quam vocant, usus est. Scilicet non solum verbum μεταβάλλειν verum etiam τρέπειν neutrali significatione adhibuit, ut de legat. ad Gaium tom. II, p. 562 ed. Mang. ἡμεῖς δὲ οὐ μόνον ἐν δούλοις ἀλλὰ καὶ δούλων τοῖς ἀτιμοτάτοις ἐγραφόμεθα τοῦ ἄρχοντος τρέποντος εἰς δεσπότην quum principis mores ita mutarentur ut fieret tyrannus. Thucydidem secutus qui in lib. II, c. 49 de pestilentia dixit καὶ ὁπότε ἐς τὴν καρδίαν στηρίξαι ἀνέστρεφέ τε αὐτὴν καὶ ἀποκαθάρσεις χολῆς πᾶσαι ὅσαι ὑπὸ ἰατρῶν ὠνομασμέναι εἰσὶν ἐπῄεσαν verbum

ἐνστηρίζειν de mundi opif. p. 15 ad mediorum verborum significationem traduxit, eadem ratione de agricult. p. 302 ed. Mang. μηκύνειν pro μηκύνεσθαι, de legat. ad Gaium tom II, p. 556 ed. Mang. ὑποστέλλειν pro ὑποστέλλεσθαι protulit. Frequentius autem medias verborum formas activo sensu usurpavit. Ut taceam de iis quibus istam notionem jam veteres Attici subjecerunt, Philo haud paucis locis verbum ἁρμόζομαι et compositum μεθαρμόζομαι, de agricult. p. 324 M. ἐλπίζομαι, de plant. Noë p. 353 οἰνοχοοῦμαι, de legat. ad Gaium p. 551, tom. II. ed. M. ὑποβλέπομαι activo sensu dixisse reperitur. Sed de plantat. Noë p. 353. Mangeius et Richterus ceterique qui cum secuti sunt videntur mihi non recte fecisse quod e codice Vaticano ἐπιτειχίζονται pro activo verbo quod sensus loci requirit dederunt. Scilicet ea lectio quam codex A. repraesentat ἐπιτειχίζοντες haud dubie verisimilior est. Majore enim vi et concinnitate gaudet oratio si ad ὀψαρτοταὶ καὶ σιτοπόνοι καὶ ὅσοι τῆς ἐν βαφικῇ καὶ μυρεψικῇ τεχνῖται περιεργείας ex antecedentibus ἀνθοῦσιν intelligitur, ut verba ἀεί τι καινὸν χρῶμα ἢ σχῆμα ἢ ἀτμὸν ἢ χυλὸν ἐπιτειχίζοντες his respondeant: εἴ τι τῆς διανοίας κατεαγὸς καὶ κεχαλασμένον ἐγείροντες κτλ. In errore etiam Muellerus versatus est qui a Philone ὑπερέχεσθαι pro ὑπερέχειν adhibitum esse putaverit. Sic enim ille de mundi opif. p. 27 edidit: τὰ μὲν γὰρ δώδεκα τῶν ὀκτὼ τέταρσιν ὑπερέχεται τὰ δὲ ὀκτὼ τῶν ἓξ δυσί. Usus est sane auctoritate codicis A. sed quum paulo ante ista praesentis forma ita dicatur ut passivam habeat significationem nec ita multo post iterum passive usurpata sit, in una eademque pagina a Philone ὑπερέχεσθαι tum activa tum passiva vi adhibitum esse mihi quidem non persuadetur.

A verborum enallage venio ad nominum permutationem Philoni cum omnibus fere Graecis scriptoribus communem. Frequentissime. enim adjectivum neutrum articulo praefixo pro substantivo sumpsit, ut de mundi opif. p. 5 τὸ συμφωνον quod Latina voce concentus reddere possis, de agricult. p. 326 τὸ ῥιψοκίνδυνον quod est temeritas, de profugis p. 549 τὸ ἀπατηλὸν καὶ εὐπαράγωγον τῶν αἰσθήσεων fallaciae ac corruptelae sensuum. Alia ejus generis exempla passim inveniuntur. Diversa est feminini adjectivi ratio sine substantivo positi.

Ad hoc enim unum alterumve substantivum quocum alias consociatum esse solet intelligendum est. Huc e Philone referendum est de rerum divin. her. p. 501 ed. Mang. τὴν δὲ τούτων ἐμμελῆ σύνθεσίν τε καί κρᾶσιν, τὸ πρεσβύτατον καὶ τελειότατον ἔργον ἅγιον ὡς ἀληθῶς εἶναι συμβέβηκε τὸν κόσμον ὃν διὰ συμβόλου τοῦ θυμιάματος οἴεται δεῖν εὐχαριστεῖν τῷ πεποιηκότι, ἵνα λόγῳ μὲν ἡ μυρεψικῇ τέχνῃ κατασκευασθεῖσα σύνθεσις ἐκθυμιᾶται ἔργῳ δὲ ὁ θ. σ. δημιουργηθεὶς κόσμος ἅπας ἀναφέρηται πρωὶ καὶ δειλινῆς ὁλοκαυτούμενος, quo in loco ad δειλινῆς adjectivum commode ὥρας intelligitur. Illud etiam auctor noster cum antiquis scriptoribus commune habet, ut interdum abstracta quae vocantur pro concretis subroget, ut de prof. p. 563 ed. M. λελαληκότες οὖν τὰ ἁρμόττοντα περὶ φυγάδων τὴν κατὰ τὸν εἱρμὸν ἀκολουθίαν συνυφανοῦμεν quae verba sic vertenda esse videntur: iis rebus quae ad profugos pertinent, expositis ea quae in contextu scripturae sacrae sequuntur adjungemus. In eodem libro p. 576 nomen γένεσις res creatas significat quo eodem sensu hanc vocem is quem auctor noster ducem adhibuit, Plato dixit in Polit. 265 B. τὴν γένεσιν ἄκερων εἶναι aliisque locis qui in lexicis laudantur. Itaque de mundi opif. p. 4 codicis A. et veterum editionum scriptura a recentioribus praeter Muellerum rejecta ἀποβλέπων εἰς τὸ παράδειγμα τὴν ἐκ λίθων καὶ ξύλων ἄρχεται κατασκευάζειν εὐκρασίαν ita defendi possit ut interpretemur: propositum exemplum respiciens molem saxorum cum lignis miscendorum exstruere aggreditur. Sed qui ante vv. εὐκαιρίαν τοῦ τόπου θεασάμενος nomen εὐκρασίαν cum καί particula inseruerunt, viderint ne hoc loco ista vox sensu careat idoneo. Neque vero novandorum vocabulorum ingenium Philoni defuit. Quod cernitur in eo ut haud pauca verba ex antiquioribus copulando duxerit. V. c. in libro de mundi opif. p. 2 ἀπεριμάχητος, de septen. tom. II., p. 279 ed. Mang. ἐξαδιαφορέω, de legat. ad Gajum tom. II., p. 560 προςοφθαλμιάω ex ejus officina profecta esse videntur.

Sed de singulis verbis hactenus. Jam vero totius orationis structuram consideremus quaque ratione Philo ejus partes inter se composuerit et conjunxerit paulo accuratius quaeramus. Qua in re si sine exceptione probaremus sententias editorum et interpretum quos noster auctor nactus est, tantum peccasse

putandus esset ut in meliorum scriptorum numero haberi non posset. Sed illi non semper ea qua par erat, diligentia Philonem tractaverunt. Ab iis quibus veteres Attici usi sunt, verborum constructionibus sane nonnumquam recessit sed aperta vitia vitavit. Scilicet suae aetatis exempla secutus est vel etiam poeticam speciem orationi suae induit. Etiam verborum modos saepe neglectis Attici sermonis legibus quibus jus illorum circumscriptum erat, ad recentiorum scriptorum usum traduxit. Jam vero particularum usus Philoneus eorundem vestigia premit. Nunc igitur singillatim de unoquoque dicendi usu exponamus exemplisque utamur quibus sententias nostras probemus. Prima lex artis grammaticae haec est, ut subjectum cum verbo suo ejusdem sit numeri, cui praecepto adeo noster se obligavit ut saepius quam veteres Attici nomini neutrius generis plurali plurale verbum subjungeret. Et tamen est ubi ab editoribus scriptis Philoneis hoc vitium inustum sit, ut subjectum a verbo numero differat. Ejus generis illustrissimum exemplum est quod de mundi opif. p. 27 in Muelleri editione legitur: εὑρεῖν γάρ ἐστιν ὅτε κόλποι θαλάττης ὑποσυρείσης ἀμπώτεσι βαθὺς ἐξαίφνης αἰγιαλὸς ἴησι κτλ. quae verba nescio an nulla lege astricta sint. Fortasse virum doctissimum formula ἔστιν ὅτε in errorem induxit cui nominativus pluralis sane addi potest, dummodo verbum finitum quod praecedente conjunctione ὅτε sequi debet, in eodem numero ponatur. Sed hoc loco ἴησι vel ut rectius scriptum est in libr. msc. Mangeii εἴς εισι sequitur. Melius igitur videtur ex duabus veterum editionum et librorum msc. Mangeii lectionibus conflari hanc unam: εὑρείας γὰρ ἔστιν ὅτε κόλπον θαλάσσης ὑποσυρείσηρ ἀμπώτεσι βαθὺς ἐξαίφνης αἰγιαλὸς εἴςεισι. Nec minus id curat philosophus noster ut cum substantivo adjectivi vel participii additi et genus et casus congruat. Quamobrem de conf. ling. p. 423 ubi vulgo legitur τῶν δ'ἀνοσίων ἕκαστος διάνοιαν μὲν ἡγεῖται χαρίζεσθαι ἑαυτῷ τάς τε καταλήψεις καὶ διανοήσεις ὀφθαλμοὺς δὲ τὸ βλέπειν καὶ ἀκούειν ὦτα καὶ μυκτῆρας ὀσφραίνεσθαι καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις τὰ οἰκεῖα ἑαυταῖς ἔτι μέντοι καὶ τὰ φωνῆς ὄργανα τὸ λέγειν θεον δὲ ἢ μὴ συνόλως ἢ μὴ ὡς πρῶτον αἴτιον ὄν Mangeius recte pro ὄν conjecit ὄντα ut cum substantivo θέον conveniret. Sed idem quum de plant. Noë p. 353 edidit τὰς δὲ πράξεις

γενέσεως καὶ σπουδῆς ἀξίας καὶ αὐτὰς ὡς ἔπος εἰπεῖν ἄῤῥενας ἐξεθήλυναν α. α. κ. ε. ὣς ὀλίγους εἶναι παντάπασιν ἑκατέροις ἔργοις τε καὶ λόγοις ἀρχαιοτρόπου ζηλώσεως ἐρῶντες non recte fecit quod edit. Paris. lectionem ἐρῶντας expulit quam vir diligentissimus Pfeiffer enotavit. Nam quum hoc participium non referri ad ὀλίγους non possit, quid mendosius nominativo ἐρῶντες? Sed casuum verbis subjungendorum ratio Philoni usitata nonnihil habet insolentiae. Nam ut ab accusutivo exordiar verbum passivum ἐκτέμνεσθαι quippe quod verbo ἀφαιρεῖσθαι cognatum sit cum accusativo ejus nominis constructum invenias quo res notatur qua quis destitutus sit, ut in libro Quod Deus sit immutabilis p. 292 M. ἡ δὲ εἰς ἓν εἶδος λευκὸν μεταβαλοῦσα [scilicet λέπρα] τὴν ἀκούσιον διασυνίστησι τροπὴν ἐπειδὰν τὸ λογίζεσθαι ὁ νοῦς ἐκτμηθεὶς ὅλον δι' ὅλων μ. τ. ε. τ. σ. σ. υ. ὥςπερ ὁ ἐν ἀχλοί καὶ σκότῳ βαθεῖ μηδὲν ὁρᾷ τῶν πρακτέων quum mens arte cogitandi destituta nihil eorum quae facienda sunt videat. Similis locus habetur de mundi opif. p. 17 M. τῶν ὄντων τὰ μὲν οὔτε ἀρετῆς οὔτε κακίας μετέχει ὥςπερ φυτὰ καὶ ζῶα ἄλογα τὰ μὲν ὅτι ἄψυχά τε ἐστι καὶ ἀφαντάστῳ φύσει διοικεῖται τὰ δὲ ὅτι καὶ νοῦν καὶ λόγον ἐκτέτμηται ubi in libr. msc. Mang. a librariis ut hujus constructionis ignaris atque insolentibus scriptum est οὐ κέκτηται. Eadem est constructio verbi ἐξευνουχίζειν in libro Quod Deus sit immut. p. 289 M. ἕτερος δέ τις φιλοσώματος καὶ φιλοπαθὴς νοῦς πραθεὶς τῇ ἀρχιμαγείρῳ τοῦ συγκρίματος ἡμῶν ἡδονῇ καὶ ἐξευνουχισθεὶς τὰ ἄῤῥενα καὶ γεννητικὰ τῆς ψυχῆς μέρη πάντα, σπάνει κεχρημένος καλῶν ἐπιτηδευμάτων κτλ. Translate posuit Philo et simplex verbum ὀμβρεῖν et compositum ἀνομβρεῖν de iis rebus quae instar imbris effunduntur et cum earum accusativo construxit, ut de prof. p. 575 M. οὐκοῦν ὁ θεός ἐστιν ἡ πρεσβυτάτη [scilicet πηγή]. Καὶ μήποτ' εἰκότως. Τὸν γὰρ σύμπαντα τοῦτον κόσμον ὤμβρησε, quae verba sic vertas: ergo Deus antiquissimus fons est. Et merito, hanc enim quam aspicimus rerum creatarum copiam effudit, de plant. Noë p. 341 σκοπῶν γ. εὑρήσεις ταῦτα ἐκείνων οὐ βραχέσιν ἀλλὰ μεγάλοις διαστήμασιν ἀποδέοντα σχεδὸν ἀδυνάτου καθεστῶτος πρὸς ἡντινοῦν τελειωθῆναι τέχνην πηγῆς τρόπον ἀεὶ κινουμένην καὶ θεωρημάτων παντοίων ἰδέας ἀνομβροῦσαν quo in loco postrema verba sic reddas: Paene impossibile est in qua-

libet arte ad summa pervenire quippe quae fontis instar semper in motu sit et omne praeceptorum genus tradat.

Progredior ad genitivum, quem ad verbum κληρονομεῖν non solum veteres scriptores verum etiam noster ascivit, sicuti de conf. ling. p. 416 ed. M. ubi amplioris verborum ambitus hic est finis: πράγματα ὑφεστηκότα καὶ ὄντως ὑπαρκτὰ, ἐστηλιτευμένα ἐν τῇ τοῦ σοφοῦ διανοίᾳ ὧν καὶ τὸ αὐτομαθὲς γένος Ἰσαὰκ κλερονομεῖ, de prof. p. 548 M. τὰ γὰρ ἀγαθὰ ταῦτα φρόνησις καί σωφροσύνη καὶ αἱ συγγενεῖς περιποιοῦσι διαθέσεις ὧν αἱ φιλάρετοι ψυχαὶ κληρονομοῦσιν. Mangeius quidem ἅ scribi vult ea, credo, sententia ductus ut verbum κληρονομεῖν apud recentiores maxime Aegyptios scriptores semper cum accusativo jungi putaret. Sed utroque loco renituntur libri msc. genitivum ὧν exhibentes, Cum eodem casu καταστορέννυμι ad similitudinem verborum πιμπλάναι, πληροῦν aliorum constructum legimus in lib. de legat. ad Gaium tom. III, p. 579 M. εὐτρεπεῖς γὰς εἶναι τῶν κατὰ Συρίαν στρατιωτικῶν δυνάμεων τὰς μαχιμωτέρας αἳ πᾶσαν τὴν χώραν καταστορέσουσι νεκρῶν, quum veteres ad hoc verbum dativum adderent. Hic non alienum erit adjectivum superlativum cum genitivo casu junctum attingere. Vel antiquiores scriptores varias res inter se comparantes ista constructione usi sunt aliquando, ut Euripides in Iph. Aul. v. 1594 ed. Nauck ταύτην μάλιστα τῆς κόρης ἀσπάζεται, quem locum Matthiaeus Gr. gr. § 464 citavit. Neque vero in hujusmodi locis causa est, cur superlativum, ut male praecipit Matthiaeus l. l., pro comparativo poni statuamus. Immo sic potius statuendum videtur ut superlativus vim comparativi in se habeat admixtam. Hinc fit ut ex eo genitivus casus necti possit. Cujus generis in Philoneis haec extant exempla: de mundi opif. p. 33 M. ἀνάγκη δὲ παγκάλου παραδείγματος πάγκαλον εἶναι μίμημα. Θεοῦ δὲ λόγος καὶ αὐτοῦ κάλλους ὅπερ ἐστὶν ἐν τῇ φύσει αἰσθητῷ κάλλος ἀμείνων οὐ κοσμούμενος κάλλει, κόσμος δὲ αὐτὸς ὢν εἰ δεῖ τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν εὐπρεπέστατος ἐκείνου, quae verba vertas hunc in modum: necesse est pulcherrimi archetypi sit effigies pulcher-

---

*) De verbo παρευημερεῖν consulas si placet Muelleri annotationes ad libr. de mundi opif. p. 280.

rima. Λόγος enim divinus etiam eam quae in natura est, pulchritudinem superat non illa pulchritudine ornatus quae sensibus percipitur sed ipse ornamentum si ad illam compararaveris ut verum dicamus, decentissimum, de agricult. 306 M. τοὺς οὖν τοῖς θρέμμασι τούτοις ἐπιτρέποντας ἀθρόον ὧν ὀρέγονται πάντων ἐμφορεῖσθαι κτηνοτρόφους λεκτέον· ποιμένας δ'ἔμπαλιν ὅσοι τά τε ἀναγκαῖα καὶ αὐτὰ μόνα τὰ ἐπιτήδεια παρέχουσι περιτεμνόμενοι καὶ ἀποκόπτοντες τὴν περιττὴν καὶ ἀλυσιτελῆ πᾶσαν ἀφθονίαν ἥπες τῆς ἀπορίας καὶ ἐνδείας οὐχ ἥκιστα βλάπτει κτλ., quem locum Latine sic exprimas: e contrario pastores dicemus eos qui non nisi necessaria ac salubria praebent amputata et circumcisa superflua inutilique copia quae si ad inopiam comparaveris maxime nocet. Sed a soloecismis Philo abhorrebat. Certe hoc probari non potest quod de mundi opif. p. 5 J. G. Mueller e codice A. edidit οὐδενὶ δὲ παρακλήτῳ-τίς γὰρ ἦν ἕτερος; — μόνῳ δὲ ἑαυτῷ χρησάμενος ὁ θεὸς ἔγνω δεῖν εὐεργετεῖν ἀταμιεύτοις καὶ πλουσίαις χάρισι τὴν ἄνευ δωρεᾶς θείας φύσιν οὐδενὸς ἀγαθοῦ δυναμένην ἐπιλαβεῖν ἐξ ἑαυτῆς. Haec enim verbi medii ἐπιλαμβάνεσθαι structura est non activi ἐπιλαμβάνειν quod non alium nisi accusativum casum sibi junctum habere potest. Atqui libri msc. Med. et Vat. quod structurae ratio postulat verbum ἐπιλαχεῖν suppeditant. Quid ergo huic aureo libello foedissimam maculam aspergamus?

Ut ad dativum casum transeamus verba simplicia quae inserendi imprimendi inscribendi significationem habent et quae apud veteres cum ἐν aut simili praepositione et commodo casu constructa leguntur Philo conjunxit aliquando cum dativo sine ulla praepositione, ut de agricul. p. 303 M. ἀνελῶ μὲν δὴ ταῦτα, φυτεύσω δὲ ταῖς μὲν ἐν ἡλικίᾳ παιδικῇ ψυχαῖς μοσχεύματα ὧν ὁ καρπὸς αὐτὰς τιθηνήσεται. Quae licentia quum Mangeio offensioni esset, de mundi opif. p. 30 M. lectionem olim vulgatam ἐκτετίμηται δὲ ὑπὸ τοῦ φιλαρέτου Μωϋσέως ὃς τὸ κάλλος αὐτῆς ἀνέγραψεν ἐν ταῖς ἱερωτάταις τοῦ νόμου στήλαις ταῖς δὲ διανοίαις τῶν ὑφ' αὐτὸν ἁπάντων ἐχάραξε κτλ. ita mutavit ut ἐνεχάραξε daret. Sed simplex verbum ἐχάραξε auctoritate codicis A. satis stabilitur. Ulterius etiam processit auctor noster. Quum enim poetae interdum id sibi sumerent, ut locum quo quis versatur solo dativo indicarent, veluti Soph. O. S. 19.

τὸ δ' ἄλλο φῦλον ἐξεστεμμένον ἀγοραῖσι θακεῖ κτλ., Eur. Phoen. 608 ed. Nauck. Μυκήναις μὴ 'νθάδ' ἀνακάλει θεούς, Philo eos imitatus est in libro de rerum divin. herede p. 479 M. τὸ δὲ πρὸς γένεσιν οὐδ' ὅλως ἀνέβη οὐδὲ ἐζήτησεν ἀναβῆναι, φωλεῦον δὲ μυχοῖς ἀδύτοις τῷ ἀβιώτῳ βίῳ χαίρει, quae verba hunc fere sensum praebent: Vita quae ad res humanas spectat nec ascendit nec curavit ascendere sed in cavernis absconditis degit. Sed quum in eodem libro p. 518 M. vulgo edatur αἱ δὲ λαμπάδες τοῦ πυρὸς αἱ δᾳδουχούμεναι τοῦ δᾳδούχου θεοῦ κρίσεις εἰσὶν αἱ λαμπραὶ καὶ διαυγεῖς, αἷς ἔθος μέσαις τῶν διχοτομημάτων λέγω δὲ τῶν ἐναντιοτήτων ἐξ ὧν ἅπας ὁ κόσμος συνέστηκε, διάγειν non est quod ad μέσαις desideres ἐν aut similem praepositionem. Nec quod Mangeius proposuit accipi debet ἐνδιάγειν. Illud enim adjectivum referendum est ad praegressum pronomen αἷς. Recte igitur in eodem casu ponitur. Hic corrigendus est locus qui in libro Quod Deus sit immutabilis p. 277 M. habetur τῶν γὰρ σωμάτων τὰ μὲν ἐνεδύσατο ἕξει τὰ δὲ φύσει τὰ δὲ ψυχῇ τὰ δὲ καὶ λογικῇ ψυχῇ, ubi verbum ἐνδύεσθαι secum habet dativum. Res ipsi Benzelio antiquiori Philonis interpreti suspecta erat. Non immerito. Nam quae citat excerpta de mundo tom. II. p. 606 M. ubi redit hic locus habent casum quartum ἕξιν, φύσιν, ψυχήν. Quare hic cum Mangeio libri Med. lectionem ἐνεδήσατο praeferam praesertim quum ad loci sensum non minus quadret.

De pronomine paucis absolvere licet. Nam quod a Philone nonnumquam relativum neglecto genere superioris substantivi quo referendum est, posteriori nomini accommodatur, ut de mundi opif. p. 5 M. εἰ δὲ τὸ μέρος εἰκὼν εἰκόνος δηλονότι καὶ τὸ ὅλον εἶδος ὁ σύμπας αἰσθητὸς οὑτοσί κόσμος ὅ μεῖζόν ἐστι τῆς ἀνθρωπίνης μίμημα θείας εἰκόνος. Δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἡ ἀρχέτυπος σφραγὶς ὅν φαμεν εἶναι κόσμον νοητὸν αὐτὸς ἂν εἴη τὸ ἀρχέτυπον παράδειγμα κτλ., de poster. Caini p. 239 teste codice Vaticano διὸ τοῦ Μεὴλ υἱός ἐστι τοῦ τὸν ἴδιον βίον ἀπολελοιπότος ᾧ τὸ ἀποθνήσκειν ἐπιπέμπεται ψυχῆς θάνατος ἣ κατὰ πάθους ἀλόγου ἐστὶν αὐτῆς μεταβολή, hoc idem fit apud probatissimos scriptores. Verbi causa legitur apud Xenophontem in Mem. II, 4, 2 φίλον δὲ ὃ μέγιστον ἀγαθὸν εἶναί φασιν ὁρᾶν ἔφη τοὺς πολλοὺς οὔτε ὅπως κτήσονται φροντίζοντας οὔτε ὅπως οἱ ὄντες ἑαυτοῖς σώζωνται. Sed

sine causa idonea nemo negligit ne mediocris quidem scriptor legem illam qua pronomen relativum ab eo nomine quo pertineat genere aut numero differre vetatur. Quod igitur apud nostrum scriptorem de conf. ling. p. 413 M. vulgo editur οὗτοι γὰρ οὐκέτι ἐξάρχοντι πείθονται λόγῳ ἀλλὰ τῷ τοῦ παντὸς ἡγεμόνι θεῷ δι' ὧν πρὸς τὰ ἔργα φθάνουσι μᾶλλον ἢ τοὺς λόγους ἀπαντῶντες in his δι' ὧν ferri non potest quod ad singulare nomen θεῷ respicit. Sed videtur mihi facili emendatione reponendum esse διό quae vox Philoni familiarissima est.

Sequitur ut de modorum usu Philoneo videamus qua in re ita versabimur, ut primum de enuntiationibus absolutis agamus deinde de iis quae ex condicionali particula pendent.

Conjunctivo philosophus noster aliquando vim optativi subjecit. Quo sensu conjunctivo cum ἄν particula usus est in lib. de poster. Caini p. 256 M. ὁ γὰρ φιλάρετος ὑπὸ τῆς αὐγοειδοῦς τοῦ καλοῦ φαντασίας πυρωθεὶς καταφλέγει τὰς σωματικὰς ἡδονὰς εἶτα κατακόπτει καὶ ἐπιλεαίνει τῷ ἀεὶ διαιρέτῃ λόγῳ χρώμενος καὶ διδάσκει τὸν τρόπον τοῦτον ὅτι τῶν σωματικῶν ἀγαθῶν ἐστιν ὑγίεια ἢ κάλλος ἢ ἡ τῶν αἰσθήσεων ἀκρίβεια ἢ τὸ ὁλόκληρον μετὰ ἰσχύος καὶ ῥώμης κρατερᾶς ἀλλά γε πάντα καὶ τῶν ἐπαράτων καὶ ἐξαγίστων ἐστὶ κοινὰ ὧν εἴπερ ἦν ἀγαθὰ φαῦλος οὐδενὸς οὐδεὶς ἂν μετέχῃ, item paulo post ἀκοαῖς γε μὴν ἢ ὀσμαῖς πολλῷ τῷ περιόντι τὰ ἄλογα κεκράτηκεν ὡς καὶ ὄνος μὲν τὸ δοκοῦν ἐν ζώοις εἶναι νωθέστατον κωφὴν ἂν ἀποδείξῃ τὴν ἡμετέραν ἀκοὴν ἐλθὼν εἰς ἐπίκρισιν, itemque de prof. p. 549 M. τί ἂν οὖν ἐργασάμενος ἐκφύγῃς τὰ παλαίσματα αὐτοῦ σκόπει, quibus in locis ex Atticorum dicendi consuetudine optativo uti debebat. Sed habet auctor noster istum subjunctivi usum communem cum aliis scriptoribus. Nam apud Plutarchum legitur in libello de sera numinis vindictu tom. VIII, p. 201 ed. Reisk οὐ γάρ ἐστι θαῤῥαλέον οὐδ' ἄτυφον οὐδὲ μόνιμον καὶ βέβαιον ἐν οἷς προαιρεῖται τὸ πονηρὸν ἀλλ' ὅπου φιλοπλουτία καὶ φιληδονία περιμάχητος καὶ φθόνος ἄκρατος ἐνοικίζεται μετὰ δυσμενείας ἢ κακοηθείας ἐνταῦθα καὶ δεισιδαιμονίαν σκοπῶν ἂν εὕρῃς ὑποκαθημένην ubi ἂν εὕρῃς idem valet quod ἂν εὕροις. Chorum ducit Homerus e quo vir doctissimus Buttmann in gr. Gr. § 139, sect. 3, not 3 unum hujusmodi exemplum attulit quod in Odysseae lib. IV, v. 691 sqq. occurrit. Adde ex Iliados lib. XXIV, 653 sqq.

τῶν εἴ τίς σε ἴδοιτο θοὴν διὰ νύκτα μέλαιναν,
αὐτίκ' ἂν ἐξείποι Ἀγαμέμνονι ποιμένι λαῶν
καί κεν ἀνάβλησις λύσιος νεκροῖο γένηται.

Hinc effici potest antiquitus per conjunctivum et ἄν aut κέ particulam non minus quam per optativum aliquid fieri posse dictum esse.

Sed uno alteroque loco Philonis ubi Mangeius conjunctivum dedit cum ἄν particula constructum liber ille manu scriptus cui multum auctoritatis tribuendum est, litera A. notatus, probabiliorem suppeditat scripturam. Sic edidit ille in lib. de rer. divin. herede p. 493. ὡς ὁ δραχμὰς ἑκατὸν εἰςενεγκὼν τῷ τὸ τάλαντον εἰςενεγκόντι δόξῃ ἂν ἐπιδεδωκέναι τὸ ἴσον, ubi in cod. A. δόξει scriptum est quod Richterus ita mutavit ut optativum temporis aoristi δόξει' ἄν crearet. Quamquam in ipsa codicis scriptura acquiescere par est. Docent enim doctissimi harum rerum arbitri ab Homero et ipsis Atticis scriptoribus ad indicativum futuri aliquando ἄν particulam adjectam esse[1]). Quodsi haec constructio ab antiquo sermone non abhorret, eo magis recentioribus scriptoribus concedenda est. Recte igitur etiam de spec. legibus lib. II. tom. II. p. 329 M. ἄν cum indicativo temporis futuri conjunctum legitur: μέμψεται δὲ ἄν τις δεόντως τοὺς ἀνόμοια τοῖς ἀδικήμασι τάττοντας ἐπιτίμια κατὰ τῶν εἰργασμένων κτλ. Sed tam longe Philo a veterum scriptorum consuetudine non discessit ut cum indicativo temporis praesentis ἄν particulam conjungeret. Etenim qui loci hunc in modum conformati esse videntur nihil probant si modo recte explicentur. Ac primum quidem in disputationem veniant ex lib. de conf. ling. p. 406 M. vv. κἂν εἰ μέντοι τις ἀνὴρ πλείους ἀναμάθοι διαλέκτους εὐδόκιμος εὐθὺς παρὰ τοῖς ἐπισταμένοις ἐστίν κτλ., quo in loco duae constructiones in unam confusae sunt. Potuit enim noster hanc suam sententiam duplici modo aperire ut aut: κἂν εἰ μέντοι τις ἀνὴρ πλείους ἀναμάθοι διαλέκτους εὐδόκιμος εὐθὺς π. τ. ε. εἴη aut: καὶ ἐὰν μέντοι τις ἀνὴρ πλείους ἀναμάθῃ διαλέκτους εὐδόκμιος εὐθὺς π. τ. ε. ἐστίν diceret. Horum neutrum fecit, sed quum aliter orationem inchoasset aliter desiit, unde id quod positum videmus natum est. Eodem

---

[1]) vid. Matth. gr. Gr. § 599. d.

modo explicandus est locus qui de profugis legitur p. 555. τὸ μὲν οὖν ἀγαθὸν ἀνώφοιτόν ἐστι κἂν εἴποτε ἔλθῃ πρὸς ἡμᾶς — φιλόδωρος γαρ ὁ πατὴρ αὐτοῦ — σπουδάζει παλινδρομῆσαι δικαίως. Nec enim ad indicativum σπουδάζει pertinet particula ἄν sed ad aliam verbi formam quae reticetur. Nam quum auctor noster certius sententiam primariam eloqui vellet ab inchoata structura orationis discessit. Quae res quum in antiquioribus Graecarum literarum auctoribus tum in recentioribus nihil habet offensionis. Quid? quod tam levis ista constructionis mutatio est, ut scriptores ipsi de ea non cogitasse videantur.

Aliis locis ἄν particula per quandam ellipsin ita dicitur ut ad eam εἴη vel εἶεν intelligatur, quo in genere haec mihi exempla praesto sunt: de plantat. p. 344. M. δελέατά γε οἱ μὲν ἁλιευόμενοι μικρὰ καθιέντες ἐπὶ τῷ τοὺς μείζους ἀγκιστρεύεσθαι τῶν ἰχθύων οὐ σφόδρα ἂν ὑπαίτιοι τῆς κατ' ἀγορὰν εὐετηρίας προνοεισθαι φάσκοντες κτλ. et de spec. legg. lib. I. initio κἂν εἰ ὄμνυναι μέντοι βιάζοιντο αἱ χρεῖαι πατρὸς ἢ μητρὸς ζώντων μὲν ὑγείαν καὶ εὐετηρίαν τετελευτηκότων δὲ τὴν μνήμην ὅρκον ποιητέον. Haud secus Plato in Prot. 328 B. ἀλλὰ κἂν εἰ ὀλίγον ἔστι τις ὅστις διαφέρει ἡμῶν προβιβάσαι εἰς ἀρετὴν ἀγαπητόν. His rebus expositis accedo ad optativum quem dicunt potentialem. Ac primum quidem Philonem convenienter cum Atticis scriptoribus ἄν particulam in eo adhibuisse monendum est.

Quamquam apud eum hic usus non constans est. Est enim ubi iste imaginandi modus ἄν particula nudatus inveniatur. Qualis est locus de deo colendo ejus libri qui de profugis est p. 559 M. οὕτω γὰρ μόνως θεραπευτικὸν γένοιτο τοῦ τῶν ὄντων ἀρίστου τὸ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ἄριστον. Quod autem in iis enunciationibus quae interrogationem continent Philo nonnumquam ἄν particulam omisit, velut de agricul. p. 323 M. ἔπειτ' οὐ προδοσίας μόνον ἀλλὰ καὶ πολλῆς ἀναλγησίας ἐξενηνοχότες εἶεν δείγματα εἰ οἱ μὲν ἄλλοι προπολεμήσουσιν, αὐτοὶ δὲ πρὸς τοῖς οἰκείοις πράγμασιν ἔσονται; hoc eum non offendet qui ipsos Atticos poetas in hujusmodi locis non ita solicitos de ἄν particula adjicienda fuisse noverit. Sed uno alteroque loco ἄν particula Philoni restitui potest. Quo in genere illud referendum est, quod in

[1]) vid. Kruegeri gr. ep. 54, 3, 8.

lib. de mundi opif. p. 1 M. sic editur: τὸ μὲν οὖν κάλλος τῶν νοημάτων τῆς κοσμοποιίας οὐδεὶς οὔτε ποιητὴς οὔτε λογογράφος ἀξίως ἀνυμνῆσαι δύναιτο. Ita enim ἀνυμνῆσαι scriptum est in libris msc. et multis et bonis ut ἄν particula appareat a verbo ὑμνῆσαι dirempta unde intelligitur in ceteris haec duo verba per librariorum negligentiam in unum confusa esse. Rectius igitur scribitur: ἀξίως ἂν ὑμνῆσαι δύναιτο. Idem error infra p. 21 incidisse videtur in hunc locum: τὴν δὲ ἑβδομάδος φύσιν οὐκ οἶδ' εἴ τις ἱκανῶς ἀνυμνῆσαι δύναιτο παντὸς οὖσαν λόγου κρείττονα. Nam et hic ἀνυμνῆσαι rectius dissolvitur ut ἄν particula reponatur quae ad δύναιτο pertineat. Nudus enim optativus praeteritorum temporum constructioni servatur, qua de re vide si placet, Hermannum ad Vigerum p. 741 ed. quart. In eodem libro p. 7 edidit nuper Muellerus ex antiquioribus editionibus ἀποτίκτεται μὲν γὰρ ὁ καρπὸς ἐοικὼς ἀμερέσι ψήγμασιν ὑπὸ βραχύτητος μόλις ὁρατοῖς ἅπερ οὐκ ἀπὸ σκοποῦ φαίη τις εἶναι πρῶτα αἰσθητά ejecta particula ἄν quam nonnulli codices msc. recte addunt. Adeo enim vir sane doctissimus illis editionibus se addixit ut iis invitis nihil addere auderet. Mihi vero hoc loco ἄν particula idoneis testimoniis confirmari videtur, ut cum ceteris editoribus eam recipiendam esse existimem. Denique locus est in lib. de plantat. p. 344 M. pulcherrimus de simulatis virtutibus exuendis: τὰ μέσα τῶν καθηκόντων ἡμέρων φυτῶν τὸν αὐτὸν ἔχειν μοι δοκεῖ λόγον. Ἑκάτερα γὰρ ὠφελιμωτάτους φέρει καρποὺς τὰ μὲν σώμασι τὰ δὲ ψυχαῖς. πολλὰ δὲ ἐν τοῖς μέσοις συναναβλαστάνοντα καὶ ἐπιφυόμενα τῶν βλαβερῶν ἀναγκαίως ἂν γένοιτο τοῦ μὴ ζημιοῦσθαι τὰ ἀμείνω χάριν, ubi verbum γένοιτο negotium facessit. Nam quum Philo ob institutam cum noxiis plantis comparationem verba ab arborum putatione petiverit vox requiritur quae secandi notionem habeat. Neque vero Mangeius eam excogitavit emendationem in qua acquiescere possemus. Quod enim ἀνατέμνοιτο pro vulgatis ἂν γένοιτο conjecit id hanc habet difficultatem ut ἄν particula ejiciatur. Sed rationem viamque qua huic loco succurrendum esset ipse ille vir ingeniosissimus monstravit. Nihil enim nisi γένοιτο in τέμνοιτο mutandum est, quum etiam paulo post simplex verbum τέμνειν de noxiis plantis resecandis dicatur.

Priusquam ad sententias condicionales pergamus pauca de

enunciationibus quae ab ὅτι vel ὡς particula incipiunt, disseramus. Nullum in iis locum relictum esse conjunctivo nemo negabit. Quod autem a natura linguae Graecae abhorret, non est ex usu Philonis. Quare quae de conf. ling. p. 422 M. vulgo leguntur τῷ γὰρ ὄντι οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἀδικημάτων ἵσταται μετατρέχει δὲ καὶ τὰ ὀλύμπια τοὺς ἀσεβείας καὶ ἀθεότητος λόγους προτείνουσα, ἐπειδὰν ἢ ὡς οὐκ ἔστι τὸ θεῖον διεξίῃ ἢ ὡς ὂν οὐ προνοεῖ ἢ ὡς ὁ κόσμος οὔ ποτε γενέσεως ἔλαβεν ἀρχὴν ἢ ὡς γενόμενος ἀστάτοις αἰτίαις ὡς ἂν τύχῃ φέρηται ποτὲ μὲν πλημμελῶς ποτὲ δὲ οὐχ ὑπαιτίως haec verba conjunctivo φέρηται vitiata esse satis mihi persuasum est, praesertim quum reliqua hujus periodi membra indicativum habeant, quem regulae linguae Graecae necessario requirunt. Facillima autem emendatione φέρεται reponitur.

Condicionalium enuntiationum formae fere eaedem apud Philonem adhibitae inveniuntur quae antiquiorum scriptorum usu celebratae sunt. Usitatissimis igitur omissis duas tantum quas hic scriptor in condicionibus usurpavit, formas singulares consideremus. Ac primae quidem auctor erat Homerus. Dico εἰ, ὅτε similesque particulas simplices cum conjunctivo constructas. Hujusmodi exempla in carminibus Homericis passim occurrunt, ut Il. 1, 81, 2, 147 sqq., Od. 9, 391 sqq. De Atticis autem scriptoribus Augustus Matthiae nihil pro certo affirmans in gr. Gr. ampl. § 525, not. 6 ed. tert. in medio relinquit num simplex εἰ cum conjunctivo posuerint, K. W. Kruegerus autem sine dubitatione concedit iis hanc dicendi rationem ut Xenophonti in Cyri expeditione 3, 1, 36 οἱ γὰρ στρατιῶται οὗτοι πάντες πρὸς ὑμᾶς ἀποβλέπουσι κἂν μὲν ὑμᾶς ὁρῶσιν ἀθύμους πάντες κακοὶ ἔσονται εἰ δὲ ὑμεῖς αὐτοί τε παρασκευαζόμενοι φανεροὶ ἦτε ἐπὶ τοὺς πολεμίους καὶ τοὺς ἄλλους παρακαλῆτε εὖ ἴστε ὅτι ἕψονται ὑμῖν κτλ. et in eodem libro cap. 2, § 22 πάντες μὲν γὰρ οἱ ποταμοὶ εἰ καὶ πρόσω τῶν πηγῶν ἄποροι ὦσι προιοῦσι πρὸς τὰς πηγὰς διαβατοὶ γίγνονται. Mirum ergo non est si apud Philonem εἰ cum conjunctivo constructum legitur in libro de rer. divin. herede p. 514 M. τὸν αὐτὸν τρόπον ἕκαστος ἡμῶν συγκραθεὶς ἐκ τῶν τεσσάρων καὶ ἀφ' ἑκάστης οὐσίας δανεισάμενος μικρὰ μόρια καθ' ὡρισμένας περιόδους καιρῶν ἐκτίνει τὸ δάνειον εἰ μέν τι ξηρὸν ᾖ ἐπιδιδοὺς γῇ εἰ δέ τι ὑγρὸν ὕδατι εἰ δὲ ἔνθερμον πυρὶ εἰ δὲ

ψυχρὸν ἀέρι et relativa notio omissa ἄν particula de spec. leg. lib. II, tom. II, p. 320 M. φυγὴν οὖν κατὰ τοῦ κτείναντος ἀκουσίως ὥρισεν οὔθ' ὅπῃ τύχῃ οὐδ' ἐς αεί. Sed quod auctor noster ἐαν, ἐπειδάν, ὅταν cum indicativo temporis praesentis perfecti aoristi consociavit id ab usu veterum scriptorum abhorrere videtur. Namque ex illis locis Herodoteis in quibus Reinholdus Klotz ad Devarii librum de Graecae linguae particulis vol. II, p. 468 sqq. modum verbi indicativum post ἤν particulam illatum agnosci voluit, nuper Henricus Stein hanc constructionem ita sustulit ut lib. I, cap. 206 et lib. III, cap. 69 pro ἤν particula εἰ reponeret tertio autem loco lib. II, cap. 13 indicativum ἐπιδιδοῖ in conjunctivum ἐπιδιδῷ mutaret. Nec immerito. Nec enim ἤν cum indicativo duobus locis in optimis libris scriptum invenit nec cum in lib. I, cap. 206 ita scriptum invenisset librorum testimonium idoneum ei visum est quo moveretur ut ἤν cum indicativo junctum Herodoto vindicaret. Ratio autem qua Reinholdus Klotz demonstratum it cur veteres scriptores ἐάν particulam similesque voces cum indicativo posuerint argutior quam verior est. Nam quod in ejusmodi structura ἐάν particulam a modo verbi indicativo separatam nec interiorem necessitudinem protasin inter et apodosin esse ait adversatur huic doctrinae natura eorum locorum quos ipse attulit. Ita enim illi comparati sunt ut cum condicione effectum apte cohaerere appareat. Quem autem porro locum attulit Lysiae ex orat. contra Alcibiadem prima § 13 ed. Bekk ἐὰν τοίνυν τούτου καταψηφιεῖσθε οὐ μόνον οἱ ἐν τῇ πόλει εἴσονται ἀλλὰ καὶ οἱ σύμμαχοι αἰσθήσονται καὶ οἱ πολέμιοι πεύσονται καὶ ἡγήσονται πολὺ πλείονος ἀξίαν εἶναι τὴν πόλιν inde nihil aliud intelligitur nisi cum futuri indicativo antiquos scriptores junxisse aliquando ἐάν particulam. Hoc enim tempus natura sua non impedit quominus ejus indicativo ἄν particula adjungatur. Sed posteriores scriptores in omnium temporum indicativis. ἐάν particulam usurpaverunt cujus generis exempla exstant in Stephani thesauro ling. Gr. vol. III, p. 4 C. et p. 6 D. In eorum numero illud etiam referendum esse putaverim puod Lucianus dixit in dialogo mortuorum cap. 9. καί με γέροντα καὶ φαλακρὸν ὡς ὁρᾷς ὄυτα καὶ λημῶντα προςέτι καὶ κορυζῶντα ὑπερήδοντο θεραπεύοντες καὶ μακάριος ἦν

αὐτῶν ὅντινα ἂν καὶ μόνον προςέβλεψα. Ex recentiorum igitur scriptorum usu est quod apud Philonem dicitur in lib. Quod deus sit immut. 292 M. ἡ δὲ εἰς ἓν εἶδος λευκὸν μεταβαλοῦσα τὴν ἀκούσιον διασυνίστησι τροπὴν ἐπειδὰν τὸ λογίζεσθαι ὁ νοῦς ἐκτμηθεὶς ὅλον δι' ὅλων μ. τ. ε. τ. σ. σ. υ. ὥςπερ ὁ ἐν ἀχλύϊ καὶ σκότῳ βαθεῖ μηδὲν ὁρᾷ τῶν πρακτέων ἀλλ' οἷα τυφλὸς ἀπροοράτως πᾶσιν ἐμπίπτων συνεχεῖς ὀλίσθους καὶ ἐκπτώματα ἐπάλληλα καὶ ἀκούσια ὑπομένει. Similis est locus qui in lib. de poster. Caini p. 229 legitur: ὅταν οὖν φιλόθεος ψυχὴ τὸ τί ἐστι τὸ ὂν κατὰ τὴν οὐσίαν ζητεῖ εἰς ἀειδῆ καὶ ἀόρατον ἔρχεται ζήτησιν. Aoristi indicativus comparet in lib. de ebrietate p. 372 in his verbis: ἕως μὲν γὰρ οὐκ ἐκινοῦντο καὶ ἐκεκράγεσαν ἐν ἡμῖν αἱ ἄλογοι ὁρμαὶ σταθερώτερον ὁ νοῦς ἵδρυτο· ἐπειδὰν δὲ ἤρξαντο πολύφωνον καὶ πολύηχον ἀπεργάζεσθαι τὸ ψυχῆς χωρίον τὰ πάθη συγκαλοῦσαι καὶ ἀνεγείρουσαι στάσιν ἐμφύλιον ἐγέννησαν. Adde exemplum ἐάν particulae cum perfecti indicativo constructae ex libro Quod deus sit immut. p. 293 M. ταῦτ' οὖν ἅπαντα ὁ ἱερώμενος ἔλεγχος μιάνας ἀποσκευασθῆναι καὶ ἀποσυληθῆναι κελεύει ὅπως αὐτὴν καθαρὰν ἴδῃ τὴν τῆς ψυχῆς οἰκίαν καὶ ἐάν τινες ἐν αὐτῇ νόσοι γεγόνασιν ἰάσηται.

Jam transeundum nobis est ad particulas. Praepositiones igitur Philo eodem fere sensu protulit quo in antiquo sermone adhibiti inveniuntur. Quapropter disputatione de ἐπὶ et παρά praepositionibus supersederi possemus nisi in unum aut alterum locum Philonis editorum erratum incidisset. Sic in libro de septenario tom. II, p. 286 vulgo recte leguntur haec verba: τὸ γὰρ μηδὲν ἄγαν ἐπὶ πάντων καὶ μάλιστα πρὸς οἰκέτας δεσποτῶν quo in loco Constantinus Tischendorf pro verbis ἐπὶ πάντων scripsit ex conjectura ἐστὶ πάντων. Quae emendatio nescio an nulla sit. Nam si ut par est ἐπί praepositionem quam optimus codex Laurentianus exhibet retinebimus hanc lucrabimur sententiam commodissimam: Illud quod in proverbium cessit »nihil nimis« quum de cunctis mortalibus tum de dominis dicitur imperium in familias suas tenentibus. Sed in lib. de poster. Caini p. 235 M. ubi vir ille egregius ex codice Vaticano edidit τὸ μὲν γὰρ οὐ παράδοξον μόνον ἀλλὰ καὶ παράλογον παντί τῳ δῆλον ἕνα ἄνδρα πόλιν οἰκοδομεῖν τίνα ἐπὶ τρόπον; ἀλλ' οὐδ' ἂν οἰκίας μέρος τὸ ἀφανέστατον μὴ χρώμενον ὑπηρέταις

ἑτέροις, his in verbis ἐπί praepositio ferri non potest. Dicunt enim Graece loquentes πάντα τρόπον, τὸν αὐτον τρόπον, τίνα τρόπον non addita praepositione nisi interdum κατά, nemo autem quem sciam asciscit ἐπί praepositionem. Praestat igitur vulgatam scripturam τίνα ἐστὶ τρόπον ita retinere ut accentum in paenultimam transmittamus hunc in modum: τίνα ἔστι τρόπον; Maximam autem offensionem id habet quod miro consensu libri et manu scripti et typis expressi de mundi opif. p. 6 M. exhibent πρῶτον οὖν παρὰ τοῦ νοητοῦ κόσμου ὁ ποιῶν ἐποίει οὐρανὸν ἀσώματον καὶ γῆν ἀόρατον καὶ ἀέρος ἰδέαν καὶ κενοῦ. Nam quod Mueller. in annotationibus ad hunc librum p. 172 monet παρά praepositione et genitivo casu rem indicari unde quid excerpatur vehementer dubito num ista regula vera sit. Sed omnino hic non de eo agitur unde coelum ceteraeque mundi partes petitae sint sed de ordine quo deus in rebus creandis usus sit. Placeret igitur nudus genitivus τοῦ νοητοῦ κόσμου quo ea res notaretur cujus ea quae in sequentibus commemorantur partes essent. Sed verisimilius est omnia haec verba παρὰ τοῦ νοητοῦ κόσμου otiosum et ineptum esse additamentum librariorum. Quam sententiam adjuvare videtur quod haec verba in libris msc. Coisliniano et Collegii Novi desunt. Pergamus ad conjunctiones. Harum apud Philonem usus est frequentissimus. Erat enim orationem vinciendi studiosissimus. Sed quum omnes eas persequi longum sit de una γοῦν particula quae Philoni admodum familiaris est pauca verba faciamus. Ad argumentandum igitur ita adhibetur ut ea quae prius dicta sunt restringantur. Quare Mueller parum caute egisse videtur quod quum de mundi opif. p. 10 M. vulgo ederetur ὃ γὰρ ἐντελεχείᾳ δεκὰς τοῦτο τετρὰς ὡς ἔοικε δυνάμει. Εἰ γοῦν οἱ ἀπὸ μονάδος ἄχρί τετράδος ἑξῆς συντεθεῖεν ἀριθμοὶ δεκάδα γεννήσουσιν κτλ., ex veterum editionum auctoritate οὖν particulam scripsit pro vulgata γοῦν. Verba enim argumentantis sunt non concludentis aut narrantis.

Restat ut qualis negantium particularum apud Philonem usus fuerit paucis exponamus. Inferioribus linguae Graecae temporibus magis quam superioribus μή particulam frequentatam esse satis constat et de Pausania, Luciano, Plutarcho a Godofredo Hermanno ad Vigerum p. 803 sqq. et in Diurnis

Scholasticis a. 1832 m. Jun. adnotatum est. Saepe enim ubi antiqui scriptores οὐ dicebant recentiores μή ponere consueverunt. Quem loquendi modum quum explicare non possent olim viri docti de harum particularum confusione cogitaverunt. Sed nuper quem modo diximus Godofredus Hermannus attulit l. l. idoneas hujus rei rationes. Ac prima quidem in propria potestate particulae μή posita est quam recte ita describit ut qua de re ista particula usurpetur ea tamquam cogitata negetur. Is enim usus latius in citeriore Graecitate patet. Sic in antiquiore sermone cum participiis μή non fere jungitur nisi inest aliqua condicio, apud recentiores autem scriptores etiam ubi haec significatio abest adhibetur, veluti Plutarchus in Agide c. 4 scripsit Ὁ δ' Ἆγις οὕτω πολὺ παρήλλαττεν εὐφυΐᾳ καὶ φρονήματι ψυχῆς οὐ μόνον τοῦτον ἀλλὰ σχεδὸν ἅπαντας ὅσοι μετ' Ἀγησίλαον τὸν μέγαν ἐβασίλευσαν ὥστε μηδέπω γεγονὼς εἰκοστὸν ἔτος ἐντεθραμμένος δὲ πλούτοις καὶ τροφαῖς γυναικῶν τῆς τε μητρὸς Ἀγησιστράτας καὶ τῆς μάμμης Ἀρχιδαμίας αἳ πλεῖστα χρήματα Λακεδαιμονίων ἐκέκτηντο πρός τε τὰς ἡδονὰς εὐθὺς ἀπισχυρίσασθαι κτλ., quo loco vir summus Georg Frid. Schoemann offensus est. Sed omnia ut posterioris scriptoris verba recte se habent. Etenim licet nec negatio ad infinitivum ἀπισχυρίσασθαι pertineat et id quod verbis μηδέπω γεγονὼς εἰκοστὸν ἔτος exprimitur in facto positum sit, tamen ut cogitatum commemoratur. Huc unum alterumve locum Philonis revocaverim ut de septen. p. 280 M. εἰκότως ἐθαύμαζεν εἰ δύναταί τις ἐν τοσούτῳ πελάγει πραγμάτων ε. τ. κ. α. φορούμενος καὶ μηδέποτ' ἠρεμῆσαι οἷός τε ὢν μήδ' ἀκινδύνῳ βίῳ μετ' ἀσφαλείας ἐνορμίσασθαι τὴν μὴ λεγομένην ἀλλὰ πρὸς ἀλήθειαν οὖσαν ὄντως ἄγειν ἑορτήν quibus verbis divini prophetae cogitata adumbrantur. Jam vero longe plurimis locis ita succurrendum est ut eorum auctores per μή particulam aliquid cogitari vetasse statuamus. Tamquam magistri enim provident scriptores lectorum animis ne falsas opiniones concipiant accurateque indicant quid cavendum sit ne in cogitatione versetur. Omnis autem admonitio plus minus ponderis habet. Hinc igitur factum est ut μή particula ab Hermanno aliisque viris grammaticis commemoratam illam fortius negandi significationem indueret. Rem declaret Pausaniae locus ex lib. IX,

c. 1 ab Hermanno allatus καὶ σφᾶς αὐτίκα οὐ τὴν εὐθεῖαν ἀπὸ τῶν Θηβῶν τὴν πεδίαδα τὴν δὲ ἐπὶ Ὑσιὰς ἦγε πρὸς Ἐλευθερῶν τε καὶ τῆς Ἀττικῆς ᾗ μηδὲ σκοπὸς ἐτέτακτο, ubi negativa particula sic explicetur ut non simpliciter rem neget immo vero etiam cogitari eam esse vetet. Cujus generis multa exempla ex libris Plutarchi in Diurnis Scholasticis l. l. proponuntur. Adde ex ejusdem Agide c. 2 καὶ γὰρ οὗτοι τὸν δῆμον αὔξοντες ω. ε. καὶ πολιτείαν καλὴν καὶ δικαίαν ἐκλελοιπυῖαν πολὺν χρόνον ἀναλαμβάνοντες ὁμοίως ἀπηχθάνοντο τοῖς δυνατοῖς μὴ βουλομένοις ἀφεῖναι τὴν συνήθη πλεονεξίαν et e cap. 13 οὕτω δὲ τῆς πράξεως αὐτοῖς ὁδῷ βαδιζούσης καὶ μηδενὸς ἐνισταμένου μηδὲ διακωλύοντος εἷς ἀνὴρ Ἀγησίλαος ἀνέτρεψε πάντα καὶ διελυμήνατο quibus in locis Georg. Frid. Schoemann utriusque negationis discrimen a Plutarcho neglectum esse existimavit. Sed ex iis quae supra disputata sunt Plutarchum etiam hic negantium particularum differentiam observasse fortasse patebit. Nam usurpatum est μή per istam fortius negandi notionem; qui loquendi modus frequentissimus est in Philonis sermone: de conf. ling. p. 426 M. ἀλλὰ μὴ τὸ πρόχειρον τοῦτο καὶ κατημαξευμένον ἐν τοῖς ἱερωτάτοις χρησμοῖς ἀναγέγραπται ἀλλ' ὅπερ ἀποκεκρυμμένον ἰχνηλατεῖται διὰ τῶν ἐμφανῶν ὀνομάτων, de septen. p. 287 M. οἱ δε τῇ φυσικῇ σκαιότητι προςειληφότες καὶ τὴν ἐξ ἐπιταγμάτων δεσποτικῶν ἐκεχειρίαν κ. π. υ. α. τ. ε. ε. π. οὐδὲν παραλείπουσι τῶν χαλεπωτάτων ἐπιείκειαν καὶ ἡμερότητα μηδ' ὄναρ ἰδόντες, in eodem libro p. 290 M. ὅσαι δὲ τειχῶν ἐντός εἰσι μέχρι μὲν ἐνιαυτοῦ τὴν ἀποπομπὴν ἐπὶ τοὺς πεπρακότας ἔχουσι μετὰ δὲ τὸν ἐνιαυτὸν εἰς ἅπαν τοῖς ὠνησαμένοις βεβαιοῦνται μηδὲν δὲ τοῦ πεντηκοστοῦ ἔτους ἐκεχειρίας βλαπτούσης τοὺς πριαμένους, in Flaccum p. 518 M. καὶ μέχρι μέν τινος ἔτ' ἀντεῖχεν μὴ κατὰ τὸ παντελὲς μεθιέμενος τὴν τῶν πραγμάτων ἀντίληψιν. Alia id generis exempla passim apud Philonem occurrunt. Ceterum multis locis sine justa causa istud fortius negans μή adhibitum esse vix infitiandum est. Verbi causa dixit auctor noster de spec. legibus lib. I, p. 275 M. τῶν δὲ μὴ μόνον τὰς οὐσίας ἢ μέρη τούτων ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς ἀνάθημα ποιησαμένων ἐν εὐχαῖς ὥρισε τιμάς κτλ. quo in loco cur μή non οὐ dictum legatur nullam causam assequi possum. Sed quum scriptores recentioris Graecitatis graviore negatione nimis assueti essent μή particula ut fit etiam ita usurpari coepta est ut fortius negandi vi careret.

His rebus grammaticis expositis Philonis sermonem ad artis normam exigamus. Primum igitur dicendum nobis est quo in genere sit lingua Philonea. Tres enim dicendi figurae sunt in quibus omnis oratio versatur gravis una, altera mediocris tertia attenuata. Elocutio autem plerumque cum moribus hominum conveniens est. Facile igitur apparet Philonis sancto ingenio non aliud dicendi genus probari potuisse nisi grave illud quod severis rebus par esset. Quamquam non raro ad infimum sermonem delapsus est. Illa enim allegorica scripturae sacrae interpretatio cui nimium indulgebat saepe in arido et exsangui dicendi genere eum detinuit. Sed ubi sanior fit oratio abundantissime fluit. Cavet tamen philosophus noster ne in eam quam inepta tantologia affert satietatem incurrat. Sunt quidem loci in quibus hoc vitium inest. Sed videndum est scriptorisne ipsius negligentia natum an a viris doctis ejus orationi inculcatum sit. Verbi causa edidit Constantinus Tischendorf de poster. Caini p. 230 M. ὥςπερ δ' ὅταν ναῦς σαλεύῃ ταλαντεύουσα τότ' οὔτε πλεῖν οὔτε ὁρμεῖν ἐστιν ἱκανὴ διαφερομένη δὲ ὧδε κἀκεῖσε πρὸς ἑκάτερον τοῖχον ἀποκλίνει καὶ θαλαττεύουσα ἀντιρέπει οὕτως ὁ φαῦλος κτλ. quae verba hanc habent offensionem quod nihil prorsus discriminis est inter verbum σαλεύειν et ταλαντεύειν: et tamen in libro Vaticano sic scriptum esse videtur ὥςπερ δ' ὅταν ναῦς σαλεύῃ θαλαττεύουσα κτλ. Molestissimum autem illud est quod de mundi opif. p. 6 M. scripsit Mueller τὸν δὲ ἀόρατον καὶ νοητὸν θεῖον λόγον καὶ θεοῦ λόγον εἰκόνα λέγει θεοῦ. Nam quod monuit vv. τὸν θεῖον λόγον ambiguitate quadam laborare quam ad tollendam θεοῦ λόγον adderetur id ipsum in causa fuisse videtur quare doctus aliquis homo, ut fit, in margine haec verba posuerit unde facile in textum irrepere poterant. Satis autem distincta est oratio sine isto additamento. Itaque non raro Λόγος ille Philoneus per has voces θεῖος λόγος nullo addito verbo indicatur, ut in eodem libro paulo post p. 7 ὁ μὲν οὖν ἀσώματος κόσμος ἤδη πέρας εἶχεν ἱδρυθεὶς ἐν τῷ θείῳ λόγῳ κτλ. Ornandae vero dictionis Philo si quis alius studiosissimus est. Itaque in verborum delectu hoc maxime agit ut quae cujusque rei ornatissima verba inveniri possint ad orationem decorandam asciscat. Multus igitur est apud hunc

scriptorem translationis usus. Sed illud quod gravi orationi confine vere autem philosophanti homini minime est conveniens tumidum dicendi genus vitavit. Vehementer etiam vituperavit scriptores quosdam aetatis suae qui nimiam in dicendo pompam adhibere solebant. Testis est locus libri de plantat. Noë p. 353 dignus qui huc transcribatur: σχεδὸν οἱ νῦν ἄνθρωποι τοῖς προτέροις ἔξω μέρους βραχέος οὐδὲν ὁμοιότροπον ζηλοῦν ἀξιοῦσιν ἀλλὰ καὶ ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις τὸ μὴ συνωδὸν καὶ διαφωνοῦν ἐπιδείκνυνται. Τοὺς μὲν γὰρ λόγους ὑγιαίνοντας καὶ ἐρρωμένους εἰς πάθος ἀνήκεστον καὶ φθορὰν περιήγαγον ἀντὶ σφριγώσης καὶ ἀθλητικῆς ὄντως εὐεξίας οὐδὲν ὅτι μὴ νοσοῦν κατασκευάσαντες καὶ τὸν πλήρη καὶ ναστὸν ὡς ἔφη τις ὑπ' εὐτονίας ὄγκον εἰς παρὰ φύσιν οἰδοῦσαν καχεξίαν ἀγαγόντες καὶ κενῷ φυσήματι μόνον ἐπαίροντες, ὃ δι' ἔνδειαν τῆς συνεχούσης δυνάμεως ὅταν μάλιστα περιταθῇ ῥήγνυται. Talia qui scribit eum ut in ceteris artificiis ita in figuris adhibendis non nimium fuisse apparet. Maxime scilicet iis usus est quibus rebus vim adderet et audientium vel legentium animos ad virtutis amorem excitaret. Exempla ejusmodi artificiorum quae nihil nisi splendidi ingenii ostentationem habent occurrunt sane apud Philonem sed sunt rara. Jam vero eximia dignitate sermonem ejus afficiunt amplissimae et diligenter elaboratae periodi quibus quandam cum Platone similitudinem assecutus est. Verba quidem quae apud illum in usu fuerant, saepissime sprevit. Sed admirandam illam Platonis artem ampliores sententiarum ambitus concinne componendi retitnuit. Satis igitur ornata, satis est gravis Philonis oratio ut egregii philosophi mentem in ea spirare facile intellegas.

VITA.

Natus sum Leopoldus Treitel hac in urbe a. d. VII. Calendas Januarias a. h. s. XLV patre Josepho matre Joanna qui parentes dilectissimi ut per longum tempus incolumes mihi serventur ex intimo pectore oro. Fidei veteri addictus sum. Primis literarum elementis intra privatos parietes imbutus gymnasium Elisabetanum quod eo tempore Caroli Fickerti V. Ill. auspiciis florebat et adhuc floret per decem annos adii. Examine pro abitu superato a. LXIII a viro ill. Stenzler tunc fasces academicos tenente in almae Viadrinae civitatem receptus nomenque apud philosophos professus sum.

Per quinque annos scholis interfui philologicis, historicis philosophicis quas habuerunt V.V. Ill. Bernays, Braniss, Elvenich, Haase, Hertz, Junkmann, Luebbert, Oginsky, Roepell, Rossbach. Simul vero in Seminario Theologiae Judaicae, cui V. Ill. Frankel praeest, praeter eum operam dedi viris doctissimis Freudenthal, Graetz, Rosin. Quibus omnibus viris ex intimo animo gratias quam maximas ago.

THESES.

1. Λόγος Philoneus qui dicitur Dei ratio et cogitatio idem Dei vox est ad mundum procreandum missa.
2. Quae in Philoneis p. 57. ed. Tisch. leguntur verba μήκει μὲν γὰρ αἱ τοῦδε πλευραὶ τριῶν οὖσαι καὶ τεσσάρων καὶ πέντε συμπληροῦσιν ἀριθμὸν τὸν ιβ΄ τοῦ ζωοφόρου κύκλου παράδειγμα διπλασιασθείσης ἑξάδος τῆς γονιμωτάτης ἥτις ἐστὶν ἀρχὴ τελειότητος ἐκ τῶν ἰδίων συμπληρουμένη ἡμερῶν αἷς ἐξισοῦται ita emendanda sunt, ut scribatur ἐκ τῶν ἰδίων συμπληρουμένη μερῶν οἷς ἐξισοῦται.
3. Vulgaris de casibus absolutis doctrina falsa est.
4. Semiticarum linguarum apparent vestigia in lingua Graeca.